UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Zehen-Tägige Erspieglung Oder Ernewerung deß Geists

**Schott, Marianus**

**Costantz, 1688**

Facultas Illustrißimi & Reverendißimi Domini Domini Abbatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38172**

Visual Library

## *Facultas Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Domini Abbatis.*

NOS AVGVSTINVS DEI & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas Monaſterij Einſidlenſis & S. R. Imper: Princeps. Facultatem damus dilecto nobis in Chriſto Conventuali noſtro P. Mariano Schott, ut opuſculum ſuum, cujus titulus. Zehen tägige Erſpiegelung à duobus Theologis noſtris recognitum, & approbatum, in publicum edi faciat.

*Ex Monaſterio noſtro Einſidlenſi, die 29. Menſis Decemb. 1675.*

---

## APPROBATIO THEOLOGICA.

*Libellum meditationum, qui inſcribitur,* Zehen tägige Erſpiegelung, *ab Adm. R. P. ac D. Mariano Schott Theologo conſcriptum, quanta potui diligentiâ attentione, & intentione animi perlegi, ſuſpexi in eo ſacratiora vitæ perfectioris arcana miro ordine & facilitate deligi & ex SS. Patribus dilucidari ita ut quaſi Aquila illa grandis in Ezechiele cedri myſticæ medullam tuliſſe videatur. Cum non orthodoxè minus quàm piè ad ſpiritum Benedictinum per omnia ſcriptus ſit, dignum judicavi ut in lucem publicam prodeat in quo quilibet quaſi in ſpeculo vultum nativitatis ſuæ interioris & cordis intueri poſſit.*

Münſterlingæ, 6. Nov. 1675.

P. Eberhardus Oblim. Einſidlenſis
Theologus, & p. t. Parochus
Münſterlingæ.

---

Librum cujus inſcriptio eſt (Zehen Tägige Erſpiegelung) ab Adm R. D. P. MARIANO SCHOTT in Mariano Eremo compilatum perlegi, nihilque in eo dogmatibus orthodoxæ fidei contrarium notavi, verum hunc eruditè conſcriptum, doctrina ſimul, ac pietate antiquorum Patrum mire refertum, & Spiritu Benedictino plenum reperi. Quem proinde Chriſtiano homini ad internam innovationem animi accomodatiſſimum cenſeo præloque dignum indignus judico.

*Feſſicopæ die S. Adelrici. 28. Sept. 1675.*

*P. CAROLVS LVSIVS Einſidlenſ.*
*p. t. Curatus Frienbacenſis.*